



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, [1659 erschienen] 1660

S. Elisabetha Vidva, 19. Novembris.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42032

S. ELISABETHA VIDVA, 19. Novembris.

A Ge superbe, qui deficiente animo ELISABETHAM ad Servatoris Christi effigiem vides, audi etiam quæ dolor intus loquitur. Nimirum *me terra pulvisculum purpura involvit, tu mi Christe, heu! nudus meam erubescis vicem. Mihi corona auro & gemmis, tibi spinis & sentibus rigit. Ego pulvinaria calco, tu locum capiti circumspicias nec, eheu? invenis. Me aula servitia vallant, te soli hostes stipant. I, purpura; rectius sanguis me Sponsi pinget. Ite gemma; nobiles sub cruce legam. Abi gravis auro corona; rosas è spinis. Tollite pulvillulos; crux, Sponsa erit lectulus. Secedito amicorum cohors; dolores me rectius ambiunt. Hæc inquam tantum apud ELISABETHAM potuere, ut jam se ipsa superbior omnem pedibus mundum subderet, totamque miserorum se servitiis addiceret. Ergo igitur extructo quàm amplissimo xenodochio, ingentis familiæ mater nongentis quotidie victum ipsa ministrare, aquam capiti pedibusque affundere, sordes abstergere, ipsa aded foetidissima ulcera nobilissimis osculis honorare. quid? quod conjuge è vivis erepto, arce pulsa omnes injurias ipsamque famem forti animo concoxit, damnatisque regibus suis pulchriora sibi ipsa è caelo nevit. Interdum apud Deum omnia potuit, & matrem exenit è piacularibus flammis, juvenem verò nuper ab impuris ignibus ardentem sanctoribus cæli amoribus tantum non emori iuit. Morienti ut alias sæpè Christus adstitit, & accipere Cælites aviculam induti. Bonis igitur avibus è vitâ abiit.*

Ex Iacobo Montano.

Si desideras Deum videre sublimam, humilem

pr. 115

Nov.

prius IESVM videre curato : intueri prius exaltatum serpentem in deserto, si videre desideras Regem in solio residentem. Ista te humiliet visio, ut illa exaltet humiliatum: reprimat ista tumorem tuum, ut illa repleat desiderium tuum. S. Bern. serm. 1. de verb. Isaia.

S. DASIVS MART. 20. Novembris.

Id quod palam hodie, & sine larvâ dæmon facit, hoc jam olim fecit Saturnum mentitus. Voraverat hic plûs quàm inhumanâ ingluvie filios suos, & viscera sua in viscera crudeli dente congererat. Scilicet divinitatem hæc impietas meruit, cui deinceps orbis puerorum sanguine ac morte litaret. Et tenuit hic mos non unam ætatem, atque Christiana sæcula etiam infamiâ suâ aspersit. Ita Dorostorum urbs scelere, quod nec, qui alluit illam, Ister satis eluet, annis singulis ipsum inventæ florem principemque infando sacrificio immolabat. Ut verò eò pulchrius hoc adornaret, xxx. omninò dies omnibus deliciis victimam infelicem saginavit, utque splendidius periret, purpura auroque induit, sic inter visus potius quàm gemitus morituram. Atque hæc fors cum DASIVM formæ omnis compendium nominasset, invitatus scilicet ad patriâ sacra, palam detrectavit non mortem, sed causam mortis. Nam qui Saturno noluit, rectè Christo victima procubuit. Exhorrescens, scio, parentes infanda hæc facta: at quid aliud paratis, quàm orco victimam, cum filios voluptatibus frangitis, vestium luxu corrumpitis, & in patriæ conspectu indulgenti amplexu perimitis, ipsissimi & heu! inter medios Christianos, Saturni? Quàm rectius, filios Christo, cum hic parvulos ad se vocat, non negatis?

mbriis.
LISA-
cm vi-
Nimi-
t, tus
Mibi
riget.
spicis
ant, te
uis me
sue le-
Tollite
cedito
Hæc
e, ut
n sub-
ceret.
ochio,
icum
dere,
nobi-
nge è
mque
regis
nteræ
mit è
er ab
amo-
altas
s avi-
abit.
mitem
pr. us